

Institutiones Canonicæ Sive Ivs Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob Monachii, 1705

Art. I. De actibus, vacante Sede, Capitulo permissis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62668

160

fustineantur, quæ determinate & in fpeintineantur, que determinate & in ipe-cie reprobantur, arg. can. Non afiimemu, 13. q. 2, c. Si Sacerdos 2. de Offic. Ordin. & l. Si unus 27. §. 3, aff. de Patita: postea tamen à Bonifacio VIII. etiam ipsa, & quæcunque aliæ promissiones, ad bene-ficia vacatura vam directe vel indirecte Armentes generalises prohibitos & indirecte sternentes, generaliter prohibitæ & irritatæ sunt, c. Detestanda 2. in 6. quòd, per-versorum hominum ambitione & audacià cum tempore crescente, alienæ mortis captandæ confiliis expositæ etiam ipsæ viderentur, Francus in c. cit. n. 2. ubi Barbola n. 1. & Wagnereck in c. Nulla 23. cit. S. Ne verd. Cui recentiori Juri moderni temporis usus non derogavit; quia illis loquendi modis & Signaturis spes sola, non res sive alicujus beneficii vel collationis aut præsentationis ad id obtinendæ jus supplicantibus quæritur, ut indubitate liquet ex eo; quòd aliquando ad eundem canonicatum vel parochiam Signaturæ dentur pluribus: &, cùm

postea vacant, quandoque aliis conternatur, non obstantibus ejusmodi Signaturis, & appellatione etiam vel querela eorum, quibus antè fuisse promissa, poterant videri.

Rectè tamen in rem præfentem Wa-24 gnereck §. cit. advertit, Bonifacii VIII. dictas promissiones irritantis Constitu tionem & S. Synodi Tridentinæ, canonicos ad futuram præbendam recipiendi facultatem Episcopis & capitulis adimen-tis, decretum non ubique in rigore este recepta; cum in pluribus Germania nostræ Ecclesiis canonicos supernumerarios & futuras præbendas expectantes recipi, eorumque nomina Calendariis inleti videamus: & Consuetudinem, vi cujus in Ecclesia Salmantina duo canonici supernumerarii præbendas vacaturas expe-ctantes recipiuntur, à Pio V. Motuproprio confirmatam, testetur Barbosa incap. 19.11.3.

TITULUS IX.

Ne Sede Vacante aliquid innovetur.



tulum habet.

Ccasione Collationis benefi-ciorum Ecclesiasticorum, Ju-re communi Episcopo com-petentis, præsenti Rubrica agitur de potestate, quam Sede seu Præ-latura, præsertim Episcopali, vacante circa eadem aliaque Episcopalia jura Capi-

ARTICULUS 1. De actibus vacanteSede Capitulo permissis. SUMMARIUM.

2. Episcopalis Sedis vacatio diversimodè inducitur: 2. Eaque inducta Episcopatus admini-

stratio competit Capitulo; 3. Ut boo

Ut boc non solum expresse sibi permissa:

Sed generaliter omnia expresse non prohibita possit: Et proposita Rubrica Edicti Prohibi-

torii rationem babeat,

Saltem extra materiam Beneficialem.

Capitulum Vacante sede potest I. condere & revocare Statuta;

II. Exigere fublidium Charitativem: III. Cognoscere de omnibus causiis, ad Episcopale forum pertinentibus, Etiam Harescos, quando istius rei

non funt Exempti:

IV. In crimina & criminosos inquirere,

Et pro morum reformatione decernere Visitationem,

Etiam generalem totius diæcesis: Secundum aliquos DD, etiam Monasteriorum Monialium Exem-

ptarum: Quod ab aliis verisimiliùs nega-

V. Ferre potest censuras &c. easque 17.

Et plerasque irregularitates, deliétô occultô contractas, relaxare: VI. Varias Licentias concedere:

VII. Dispensare in Votis; Juramentis &c.

VIII. Sacerdotes ad excipiendas confessiones approbare &c.

IX. Titulorum beneficialium exigere

exhibitionem:

X. Promovere executionem ultimarum voluntatum Piarum,

23. Hásque aliquando commutare, Et agere alia pertinentia ad Episcopi Ordinariam jurisdictionem.

Piscopalis Sedis Vacatio inducitur non solà morte Episcopi naturali: sed remuntiatione quoque, sive

issus Apostolica admissione, Depositione & Translatione: donce Ecclessa de alio Episcopo fuerit provisum, Glossa in c. Si Episcopus 3. V. Mortem, de Suppl. neglig. in 6. Imò & Captivitate; quamdiu enim Episcopus à Paganis, Hareticis vel Schismaticis detinetur, & Eccles is suam administrare non poteste. Ecclesia suam administrare non potest, ejus Sedes & Ecclesia pro Vacante, non quidem, ut prioribus casibus verè, sed sictè & civiliter habetur: eadémque ra-tio est diuturnæ absentiæ in locis ita remotis; ut Episcopus, qui nullô vicariô seu administratore constitutô ad ea se contulit, Ecclesiæ suæ administrationem neque gerere ipse, neque gerendam man-dare seu committere aliis possit; cùm hujusmodi absentia morti comparetur, Zabarella in Clement, Unic. de Offic. Vicar. barella in Clement, unic, ac Offic. vient.
q. 18, Laiman in c. oit. §. Quare & Pirring ad Rubr. de Suppl. neglig. n. 16.
Quibus modis Episcopali aliave Sede vel 2. Prælatura vacante, sicut jurisdictionem & administrationem Episcopalem, Abbatialem &c. de Jure penes Capitulum residere, omnino exploratum: sic

Dubium &, non minus difficilis quam præjudiciosæ resolutionis, controversia inter DD. est, quænam causæ & negotia vi jurisdictionis & administra-

pertractari à Capitulo possint.

Et Glosa quidem in Clement. 1. V. 3.

Capituli, de Harcricia, Archid, in can. Pontisices,7,9,1.Panorm.inRubr.bic,Lambert. de fure patron. Lib. 1. p. 1. 9.2. art. 9 n.2. & Pirrhing adbanc Rubr. n. 2. statuunt Regulam Negativam; ut vacantis Sedis tempore Capitulo prohibita generaliter sint, quæcunque ei specialiter concessa non reperiuntur: contra quos Affirmativam Regulam propugnant Navarrus Con-fil. 44. de Electione n. 1. Pavinus de Offic. & Potest. Gapit. sede vac. p. t. pr. q. t. n. 3. Gut.



n.3. Guttierez 9 9. Canon. Lib. 1. cap.

11. n.10. Molina Tract. 5. de J. & J.
disp. 11. n.3. Barbosa in c. illa 2. n. 3.
Fagnan. in c. cit. n. 6. Diana p. 8. tract.
4. resol. 1. Capitulo, vacante Sede, in
exercitio jurisdictionis Ordinaria & rerum tam spiritualium quam temporalium administratione permissa, afferentes,
omnia, quæ ei expresse prohibita non inveniuntur.

Illi ad Negativam Regulam præferendam moventur Primo generalitate propositæ Rubricæ, Ne sede vacante aliquid innovetur, simpliciter prohibentis; ut adeò a Capitulo circa ea, quæ Ecclesiam istiusque prælaturam concernunt, innovari ac mutari nihil debeat aut possit : nisi ipsi à Jure expresse sit concessum. Secundo textibus c. 1. ibi, Attendentes, quod sede vacante non debet aliquid innovari; cum non sit, qui Episcopale jus tueatur: & c. Illa 2. ubi Honorius III. benesicia ad collationem Episcopi pertinentia à Capitulo conferri posse negans, eam reddit rationem; quòd Nuspiam in-veniatur cautum in Jure, quòd Capitulum fungatur vice Episcopi in collationibus prabendarum. Tertiò; quòd Capituli prabendarum. potestatem, dum illa vacat, generalem ese non fuerit necessarium; cum, si in iis, quæ à Jure specialiter indulta non funt, aliquid innovari expediat, ad fedem Apostolicam recurri, ab eaque licentia impetrari valeat, arg. c. Unic, de Cleric. Ægrot. in 6. neque etiam utile; cum administrationis concessio generalis Capitulo ansam præbeat electionem novi prælati protelandi, cum damno Ecclesia-rum & periculo animarum, c. Ne pro defeetu 41. de Electione.

His autem, & mihi quoque, Affirmativam varii textus Juris persuadent; cum ea non obscure desumatur ex e. His quaric. Cum olim 14.de Majorit. G Obed.

& c. 1. eadem Rubr. in 6.ex quorum, & præsertim postremi istius textûs, disposi-tione Capitulum in iis, quæ præsatocompetunt, fuccedit, præterquam in aliquibus pecialiter excepties: & ex e. s. s. epia.
pus 3. & c. fin. de Supplend. neglig. ins,
ubi, sede propter Episcopi captivitatem
sichè, & per ejus mortem verè vacante, ad ministratio in temporalibus & spiritualibus Capitulo apertè adstruitur : nisse clesiæ à sede Apostolica aliter provides Idem non minus clare supponit S. Synodus Trident, Seff. 24, cap. 16. de Reformat. ex cujus decreto Capitulum fede vacante decernere debet Oeconomum, qui temporalia, & Officialem seu Vice. rium generalem constituere vel existentem confirmare, qui spiritualia nomine Capituli, ac proinde generaliter & quoad omnia non prohibita, administret, ipfum suadet ratio; quia Regula sive universalis propositio desumenda est ex pluribus: multò autem plura de Epilopi potestate Ordinaria, dum Sedes vaca, Capitulum potest, quàm ei prohibita re periantur. Accedit; quòd generalis ejus administratio expediat Ecclesia; ne, dum vacat, ipsa in rebus suis, & animæ etiam patiantur detrimentum, ut recte observat Pavinus cit. q. 1. n. 3.

Neque periculum est; ne expotestatis sibi competentis amplitudine Capitulum ansam accipiat electionis negotium protelandi; cum à Jure prassume ei sit trium mensium ad Ecclesam Cathedralem vel Regularem: ad Secularem autem Cathedrali inferiorem sex mensium tempus: ultra quod si Capitulum electionem Prælati, cesante legitimó impedimentô, disserativa eligendi potestato, propter ipsius negligentiam ad superiorem devoluta, pro ea vice privatur, cas. Obeuncibue 35. dist. 63. c. Ne pro describitation described de concessiones d

UNIVERSITÄT BIBLIOTHEK Neque adversatur præsens Rubrica; quia habet se instar Edicti Prohibitorii; quo quæcunque, ac proinde quæcunque Rubricæ illi subjectis autaliis Juris textibus expessa & prohibita non reperiuntur, permissa censentur, s. Cùm apud 23. de Spons. & marrim. & l. Mutiu 43. 4, 1. juncta Glossa V. Edictum sf. de Procurat. Hostiens. in summa de Spons. &

matrim. n. g. pr. Haud paulò difficilior est e. De illa eir. textus: satis tamen expeditæ & in Jure etiam fundatæ funt duæ ejus expositiones. Una Fagnani in c. cit. n. 6. eô traditam Regulam restringentis ad provi-sionem benesicialem, in qualibet diœcessi de Jure soli Episcopo competentem, can. Nullus omnino, 16. q. 7. c. Admonet 4. de Renunt. c. Ex frequentibus 3. de Institut. & c. Cum ex injuncto 12. in sine, de Hareticis, ibi, Ad cujus, Episcopi, officium tam institutio quam destitutio Sacerdotum noscitur pertinere. Unde, cum be-nesiciorum collationem sede vacante Capitulo competere, nufpiam cautum in Jute reperiatur, hæc ipfi merito negatur, juxta c. Illa cit. Altera aliorum, eandem Regulam restringentium ad Episcopatûs Regulam restringentium ad Episcopatûs vacantis jura & fructus , qui ex speciali dispositione Juris custodiri ac servari debent successori , can. Hec hujus 12. 9. 2. 8. Cum Vos 4. de Offic. Ordin, & c. Quia sepe 40. de Elest. in 6. & propterea, si servari possint, alienari sede vacante generaliter prohibitione, respectu jurium & fructuum quidem penerali (sed exceptione) Regula. Episcopati se servas de se generali (sed exceptione à Regula, Episcopatûs vacantis administrationem Ca-pitulo multo generaliùs concedente) cùm collatio beneficiorum, quæ inter Episco-palis dignitatis fructus numeratur, Glossa in c. Cum olim cit. V. Capitulo, excepta nulpiam reperiatur, Capitulo meritò ne.

gatur : quantumvis alias generalis & in

Jure fundata sit Regula, Capitulo ea, quæ potestatis Ordinariæ sunt, & ipsi specialiter prohibita non reperiuntur, permittens.

Sede itaque Episcopali per prælati obitum, renuntiationem, depositionem verè, vel per ejus captivitatem &c. sictè vacante, Capitulum juxta Regulem hactenus stabilitam potest

Primò condere statuta dicecesana: 7. dummodo iis Dignitati vel Mensæ Episcopali non præjudicetur, ut dictum Lib. 1. tit. 2. n. 25. cujusmodi statuta vacante sede condita, licet totam dicecesin obligandi vim planè obtineant, Episcopus tamen, cujus consistratione sedes impletur, illa petinde, ut ab antecessoribus suis condita, revocare potest; cùm enim par in parem imperium & potestatem non habeat, e. Imnotuir 20, V. Quamvis, de Elett. Sl. Nam & Magistratus 4. sl. de Recept. arbitr à successorier ex justa causa etiam licitè possun, à quocunque antecessore, ut ad tempus etiam Capitulum est, condita statuta, Navarrus Manual. cap. 25. n. 74, in sine Suarez Lib. 6. de LL, cap. 15. n. 8. & Molina cit.

Lib. 6. de LL, cap. 15. n. 8. & Molina cri.
diß. 11. n. 7.
Secundò, ex manifesta & rationabili
8. causa exigere subsidium Charitativum,
Glossa n. c. Cupientes, 16. V. Aliunde, de
Elect. in 6. Bellenz. de Subsid. Charit. q.
7. & Azor p. 1. Instit. Lib. 9. cap. 14. q.
5. quorum tamen ille q. 47. iste q. 7.
reccè Capitulo negant potestatem condendi statutum, quò tale subsidium in
stuturum ex parte minueretur; quò d'Episcopalia jura minuendi omni careant
potestate: sed ea omni ex parte illæsa
conservare teneantur, arg. Rubr. c. 1. &
5. kb. 2.

Tertiò, cognoscere de omnibus causis, ad Episcopale forum pertinentibus, etiam Beneficialibus, Decimalibus, Ma-

crimoni



trimonialibus & Criminalibus; quantumvis enim hæ non inferiorum judiciô, fed Episcopi tantum examini & jurisdi-ctioni relinquendæ asserantur à Trident. Seff. 24, cap. 20. 3. Ad bec, de Reformat. Synodali tamen hôc decretô Capitulum non excluditur; quia decretô istô excluduntur soli inseriores: Capitulum autem, vacante sede, non inserius Episcopo, sed ei propter jurisdictionem Episcopalem Ordinariam penes se residentem, quoad casus specialiter non exceptos, par est; ac proinde etiam Criminales & Matrimoniales causas, Episcopali jurisdictioni Subjectas & specialiter non exceptas va-N. Capitulum sede vac. q. 5, citt. Pavinus
p. 1. q. 10. & Diana trast. 4. refol. 22. &
superior, etiam Apostolicus legatus de eis in prima instantia cognoscere, & ad partes ex domiciliis suis evocandas monitoria decernere non potest, vigore decreti Trident, Self. 24, cap. 20, de Reformat, quia judicium hoc Episcopo competit jure Ordinario: quô competentia sede va-cante penes Capitulum residere, jam est dictum. Ex his

Dubium nascitur, an sede vacante Capitulu cognoscere etiam valeat de crimine hæreseos: in quo Marian. Socinus in c. Ad abolendam 9. de Hæreticis n. 44. & Zabatella in Clement. 1. S. Duo, de Hæretie, n. 60. Affirmativam sustinent indi-feriminatim. Meliùs tamen ab aliis di-ferimen statuitur inter subditos diecesanos & exemptos; cum, Episcopali sede vacante, Capitulum verifimiliùs in illos duntaxat, non etiam inhos, quando criaminis hæreseos rei aguntur, procedere valeat: licer Episcopus procedat in utrosque. Ratio est, quia sede Plena Episcopus in illos, sive subditos tantum suos, jure Ordinario: in hos autem sive exemptos merè Delegatô jure procedit, c. cit.

in cujus fine Lucius III. A lege, inquit, diecesana jurisdictionis exempti in bu, qua sunt contra Hereticos instituta, Episcoporum subeant judicium. G eis bacin parte tanquam à sede Apostolica delegatu (non obstantibus libertatis privilegiis) obsequantur: Capitulum autem sede vacante Episcopo in iis tantum, qua jure Ordinariô competunt, succedit. ItaPa. normit. in e. cit. n. 17. ubi Joan. Andr. n.
15. Decianus Tract. Criminalis Lib. 5. cap. 21. n. 14. Farinac. Prax. Criminal, 9.186.n. 181. & cit. Diana refol. 37, ubi, quamvis hæc de Jure stricto ita sint, praxin tamen pro Capitulo stare, monet.

Quarto, in crimina & excessus, uti 11, & in delinquentes de illis diffamatos aut indiciis gravatos procedere per viam la-quisitionis, & de criminibus atque exceffibus convictis commeritas pænas infligere, Frid. de Senis Confil. 16. n. 1. in fine & Barbola de Ganon, & dignit. cap. 42, n. 102. Unde Dubium oritur primò, an vacante [1]

sede Capitulum pro morum reformatione constituere valeat dioccesis Visitato. rem: quod cum Imola in c. 1. bic & Joani Monach, in e. sin, de Suppl, neglig, in s.d. n. 5. negant Boërius decis, 2. n. 20, & Fufeus Lib. 1. de Visit. cap. 2. n. 20. Moventur Jure & ratione; & ex illo quidemile legant c.fin.cit. cujus pr. Bonifacius VIII. Ecclefia, inquit, Cathedrali Visitator ab alio quam Romano Pontifice dari non potest: quô non minus clarus est textus si Is cui 42. de Elect. in 6. ubi idem Papa soli sedi Apostolicæ competere, ait, date Feeleige administrate com in scientalistis Ecclesiæ administratorem in spiritualibus & temporalibus, ficut est ejus Visitator generalis. Rationem reddunt partinis quia Capitulum, fede Vacante, tantim potest necessaria, Glossa in Clement. 1. de Haret. V. Capituli & Pavinus p. 1. cit. p. 9.7. n. 7. Visitatio autem diccesis adeo

mecessaria non apparet, ut disserri nequeat in tempus plenæ sedis suturæ, Joan, Monach. I. cit. partim verò; quia, si Capiculum deputare posset Visitatorem, ab isso exigi possent procurationes debitæ ratione Visitationis, c. Cùm ex officit 16. de Prescript. & c. Procurationes 23. de Censsou: procurationes autem visitatori, à Capitulo deputato, præstari non possunt còm c. Conquerente 16. de Offic. Ord. numerentur inter fructus Epsicopales, qui reservandi sunt suturo successor; c. Cum Vos 4, in fine Rubr. cit.

13. Statuendum tamen omnino est, va-cante sede ad correctionem morum decerni à Capitulo posse visitationem, qua non solum specialiter in particulare aliquod & in publicum diecesis damnum vergens crimen, aut in particularem per-fonam procedatur, sed etiam generaliter, crimine & persona particulari non expressis, correctio morum promoveatur: & ad hanc obeundam personam idoneam decerni, ut cum Glossa V. Capituli cit. & Panormit. in c. Cum olim cit. n. 2. dub. 4 defendunt Sylvester V. Capitulum 1. 3. Pavinus cit. 9.7. à n. 1. Tulchus Practice V. Capitulum concl. 56. n. 12. Molina cit. dif. 11.n.7. & Barbola in c. fin.cit. à n.3. Ratio solida est; quia, sede vacante, pe-nes Capitulum residet jurisdictio Episcopræsertim necessaria tota, præter casus Jure specialiter exceptos: Visitatio autem, per se aut etiam per deputatum Visitatorem obeunda, pertinet ad juris-dictionem Episcopalem Ordinariam ac necessariam ; cum fiat ex necessitate Juris, san, Relata, 10. q. 1. S. Mandamus 6. de Offic. Ordin. litque fere præcipuum reme-dium, excirpatis erroribus fanam doctri-nam inducendi & confirmandi, abulibus & pravis moribus sublatis clerum ac pom reformandi, cultumque divinum & animarum spirituale bonum promovendi, can. Unic. dift. 85. c. 1. §. Sane, de Cenfibus in 6. & Trident. Seff. 24. cap. 3. §. Vilitationem. de Reformat

S. Visitationem, de Reformat.

Neque Resolutionem hanc convellunt contra eam allegati textus; quia im-primis! utroque sermo est de Visitatore, qui administrator generalis in spirituali-bus ac temporalib est totius Episcopatus; non de eo, cui diecesis Visitatio committitur ad folam morum reformationem,ut utriusque lectio planum reddet. Deinde; quia c. fin. cit. principiò Visitatorem con-fituendi facultas Capitulo non negatur, fed solummodo deciditur, Ecclesiæ vacanti, Capitulô invitô, Visitatorem dari à solo Apostolico, & nullo alio, superiore posse extra casum, quó administrationem Capitulú negligenter & malè gerit : quô etiam casu illius deputatio foli Archiepiscopo, vocatô Capitulô præviaque cognitione, permittitur; cùm enim hujusmo-di Visitatori concedatur, quod communi Jure competit Capitulo, hôc nullum con-flituente & inauditô Visitatorem depu-tare potest folus Papa, qui solus supra Jus est, Vivianus in c. cit. pr. Quin pro ipso Capitulo Visitatorem constituente, nec malè, allegatur c. fin. cit. cùm enim islius V. Nift forte, Capituli defectum sup-plendi & Visitatorem deputandi facultas Archiepiscopo adstruatur casu, quô Capitulum negligenter & perperam administrârit, non obscure infinuatur ac supponitur, sede vacante penes ipsum Capitulum, sicut administrationem in spiritualibus ac temporalibus, sic & Visitatoris deputationem originaliter residere; cùm in quovis negligente originaliter resideat munus, quod, eô negligente, per ali-um suppletur, c. Sicut 2. c. licet 3. Gc.

Non magis urget textus e Is cui cit.

Non magis urget textus e Is cui cit.
quia istò diserrè agitur de administratore
cum plena & libera potestate omnia (ex-



cepta alienatione) exequendi, que potest Episcopus confirmatus: quæ omnia ex-equi cùm nequeat ipsum Capitulum, cum ejusmodi plena ac libera potestate Visita-torem dare non valebit; quia nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet, Reg. Nemo 54. ff. & 79. in 6. Pir-rhing ad Rubr. de Suppl. neglig. n. 24. in

Minori, quam textus, vi pollent rationes. Prior, cùm; quia non rarò in mora periculum est, præsertim si à Visitatione ultima longius tempus lapfum fit, & non appareat, Ecclefiæ de Pastore proximè providendum, Barbosa cit. cap. 42. n. 70. tum veròjquia sede vacante à Capitalia i Visianosa. tulari Visitatore aliquando deteguntur ac reformantur, quæ illå plenå ccculta vel intacta fuerunt. Posterior;quia fru-Etus Episcopales sunt solæ procurationes, præltandæ Episcopo diœcesin visitanti per se : nonetiam, quæ aliis visitationem obeuntibus exhibentur; tales enim ipsis Visitantibus cedunt, c. Procurationes cit. ubi Glossa V. Personaliter & Panormit. n. 5. cum, qui præstat Visitationis officium, recipere debeat beneficium procura-tionis, Hostiens. V. Personaliter cit. & Pirrhing ad Rubr. de Cenfibus num. 68. in

Dubium fecundò & difficilis reso-14. Jutionis controversia est, an Capitulum visitare etiam valeat monasteria Monialium exempta; quantumvis enim hujusmodi monasteriorum visitatio Episcopo, tanquam fedis Apostolicæ delegato, committatur, Clemene. sin. de Statu Monach. & à S. Synodo Trident. Sess. 25. cap. 9. de Regular. atque ideireo, cam ad Capitulum pon transire, statuendum primô occursu videatur; quòd ad hoc generaliter non transeant ea, quæ jure solum delegatô Episcopis competere dignoscuntur: non desunt tamen magni nominis Docto-

res, qui monasteria illa Visitandi potella rem vacante lede Capitulo adstruantcum rem vacante lede Capitulo adittuanceum Rodriquez Tom. 1. Regular. q. 6. ar., 1. Molina cit. difp. 11. n. 8. & Moneta de Commutat. ult. Volunt. cap. 5, n. 23, & ex iis, qua Episcopo tanquam delegato Apostolico competunt, eas solùm causas negotia ad Capitulum transire negen, quæ Episcopis sub nomine dignitatis in particulari committuntur; cum enim Capitulum Episcopus non sit, talem delegationem ad folum Episcopi in dignita-te successorem, non etiam ad Capitulum, transire haud ægrè concedunt. Ea verò, quæ Episcopis, tanquam sedis Aposlolica delegatis, committuntur à Jure; ut ex officio & munere fuo ipsis, præfertimin eorum, in quos delegata jurisdictio exercenda est, vel in Ecclesiæ aut aliorum bonum competant, per quandam Epi-kiam ad Capitulum transire volunt, nisi apponatur aliquid, quô hujusmodi tran-fitus impediatur. Rationem reddunt; quia talia eò ipsò, quòd Epifcopali mu-neri à Jure & in perpetuum anneclantur, ad Ordinariam jurisdictionem Epifcopa rum in posterum pertinere videntur. Cum ergo exemptorum monasteriorum Monialium Visitatio Episcopali muneriab ipso Jure & perpetud annexa fuerit clem. Gcap. 9. citt. ea quoque instaraliarum causarum, ad Ordinariam Episcopi jurisdictionem pertinentium, vacante selt ad Capitulum transibit, vigore Clem. 8 cap. 9. citt. cum verisimile non sit, Concilii mentem fuisse, ut exemptæ Moniales vacantis fedis tempore totô gubernationis tam falubri præfidio carerent.
Sed, licet confideratio hæc Affirmati 151

væ non leve patrocinium præstet, Juretamen spectarô, exemptarum Monialum Visitationem vacante sede ad Capitulum transire, cum Frid.de Senis Const.ag., ver risimiliùs negant citt, Pavinus p. 1. 9.7. Garcias

Garcias p. 5. de Benefic. cap. 7. n. 45.
Tuschus V. Capitulum cit. conclus. 56,
n. 50. Diana cit. tract. 4. 5. Sed his. Barbosa alleg. 73. n. 25. & alii, Rotæ decifionibus in cam rem allegatis. Ratio
est; quia potestas à Papa aliçui sub nomine dignitatis delegata non transfertur
ad cos, qui tali dignitate carent; visitatio autem Monialium exemptarum à
Papa Episcopis delegata est sub nomine
dignitatis; ut eam obeundô non jurisdictionem suam Ordinariam, sed delegatam à Papa, istiúsque authoritate & nomine exerceant.

Neque generaliter ea, quæ Episcopis à Jure & perpetuò committuntur, indiscriminatum jurisdictionis corum Ordinariæ sunt; quia id verum solummodo est, quando simpliciter, & non tanquam delegatis Apostolicis committuntur; còm enim ita à Papa commissa nunquam propriò: sed alienò, silicet ipsus Papæ committentis jure, authoritate & nomine semper pertractentur, ad jurisdictionem Episcoporum Ordinariam non pertinebunt, per tradita Lib. 1. tit. 22.

Neque propterea vacantis Sedis tempore male confultum est Monialibus exemptis; cum eo tempore visitari queant à Prælatis suis exemptis, à Legatis à latere & fere ab aliis cum talium potestate Missis; imò, si necessitas urgeat, ab ipso Capitulo ex jurisdictione sua Ordinaria; sicut ex ista illas visitare urgentis necessitatis casu Episcopus potuit, antequam potestatem à Jure delegatam obtineret, citt. Garcias n. 47. Diana §. Ex bia, & Fermosin Trast. 1. 9. 22. n. 3.

Quintò, vacante Sede ferri à Ca-

Quintò, vacante Sede ferri à Capitulo possunt excommunicationis aliæque censura, c. Ad abolendam 9. de Hareticis: depositionis, aliæque pœnæ Ecclesialticæ, & Cessatio à divinis imponi, arg. c. Unic. de Majorie. & Obed, còm in omni jurisdictione, fpecialiter non excepta, Episcopo succedat; ishisque non vicarius sit, led successor, Glossa in c. cir. V. Imperviri, Panormit, in c. Còm olim cir. not. 1. & Frid. de Senis Consil. 30. m. 6. Ex qua ratione & c. cit. textu illi etiam competie absolutio à censuris, tam à Jure quàm abhomine latis, omni casu, quò absolutionem impertiri jurisdictione suò Ordinarià Episcopus potest, adeò; ut, sicut Episcopus, c. Pervenis 17. de Sent. excom. sic etiam Capitulum ab excommunicatione, levi percussione clerici contractà, absolutere, Glossa in c. Unic. cit. V. Juris, in Addit. & Diana cit. trat. 4. resol. 12. pr. & dispensare etiam valeat in irregularitatibus ac suspensionibus, provenientibus ex delicto occusto: exceptà eà, qua oritur ex homicidio voluntario, & aliis ad forum contentions um deductis, Trident. Sess. 24. cap. 6. de Reformat. Suarez de Censurie disp. 32. s. 2. n. 4. Piasce. Prax. Episcop. p. 2. c. 1. n. 16. Garcias p. 5. de Benes. cap. 7. n. 41. citt. Diana resol. 7. & Barbosa cap. 4. c. n. 82. quòd, licete a dispensandi facultas cap. 6. cit. specialiter concessa suarez de Consumandi sandi facultas cap. 6. cit. specialiter concessa suarez de Consumandi sandi facultas cap. 6. cit. specialiter concessa suarez de Consumandi sandi facultas cap. 6. cit. specialiter concessa suarez de Consumandi sandi facultas cap. 6. cit. specialiter concessa suarez de Consumandi suarez de Consumandi se percentina de piscopalem purisdictionem Ordinariam, vacante Sede penes Capitulum residentem.

Sextò, idem dispensare valet in denuntiationibus matrimonialibus, & assistere hujusmodi contractibus; uti & dare licentiam his assistendi aliis sacerdotibus, juxta Trident. Sessi 2. eap. 1. de Ref. matr. Sanchez Lib. 3. de Matrim. disp. 28. n. 5. & Guttierez de Matrim. cap. 66. n. 9. novitiis de bonis suis disponendi, juxta ejusdem Concilii Sessi 25. cap. 16. de Regular. cit. Diana refol. 53. aliis, justa causa poscente, ingredien.

grediendi monasteria monialium, & his ex illis egrediendi, Sess. cir. cap. 5. de Regular. Palao Tratt. 16. disp. 4. p. 9. n. 10. & p. 10. § 2. n. 2. cirt. Diana resol. 49. & Barbosa alleg. 102. n. 28. in sine: clerico studito ex peregrinationis aliave justa causa à loco beneficii ad tempus recedendi, imò & perpetuò ad aliam dice-cesin transeundi, citt. Panormit. in c. Cum olim, n. 2. & Pavinus p. 1. q. 8. n. 1. ædificandi Ecclesiam & fundandi be-nesicium Ecclesiasticum, etiam; ut ædificans ac fundans in iis acquirant jus Patronatûs, ut cum cit. Pavino p. 2. q. 5. 5. & Viviano p. 1. de Jure patronat. lib. 2, cap. 1. n. 12. contra Steph, Gratian Discept. forens. cap. 303. d n. 10. fustinent citt. Garcias cap. 7. n. 79. Barbosa alleg. 70. n. 23. & Diana resol. 54. quòd talis licentiæ concessio actus sit judicialis. risdictionis Ordinariæ Episcopalis, Calderin. de Jure patronat. Confil. 3. Septime, dispensare in votis &

juramentis, non tamen in reservatis; in petitione debiti conjugalis; in observatione festorum ac jejuniorum, & aliis casibus, quibus ob difficultatem recursûs ad Sedem Apostolicam dispensatio Epi-scopo est permissa: uti & cum illegitimis ad beneficia simplicia & Ordines minores; quòd hæc etiam potestas Episcopo communi Jure competat, c. 1, de Fi-liis presbyt.in 6. & Capitulo nuspiam de-Ratio omnium est; quod, si ea Capitulo permissa non essent, dicece-sibus vacante Sede satis consultum non esset; cum dispensationem in prædictis frequenter exposcat necessitas aut magna utilitas subditorum, ciut, Molina disp. 11. n. 5. Diana resol. 23. 5' 45. & Barbosa cap. 42. n. 81.

Octavo, approbare & exponere facerdotes pro excipiendis poenitentium confessionibus, isque concedere façultatem absolvendi à peccatis accensuris Episcopo reservatis, citt. Molina n. 5. & Barbosa n. 64- uti & ejusmodi facultates & approbationes, etiam ab Episco-po vivente obtentas, revocare, cir. Diana refol. 40. ubi rectè advertit, genera-li approbationis revocatione non affici Religiosos Mendicantes: &, si istorum mentionem faceret expressam, nullius esse momenti; quòd, ne ipsorum ap-probatio Episcopalis, vacante Sede, revocari à capitulo valeat, muniti sint privilegiô Apostolicô, indultô à Clemente IV. cui à S. Synodo Trident. Seff. 23. cap. 15. de Reformat. non derogatum oftendit.

Nond, clericos beneficiatos subdi- 21. tos fuos compellere ad oftendendos titulos suorum beneficiorum ; & , si duo vel plura incompatibilia simul obtineant, ad exhibendas legitimas dispensationes, fuper pluralitate impetratas: licet illa trienniô pacificè possederint, Glossa in Reg. 1. V. Obtineri; quòd, licet Regulâ de Triennali possessore non solum tertius, possessorem super beneficio inquietans, sed ipse etiam Ordinarius excludatur, per tradita Lib. 2. tit. 26. n. 113. ab isto tamen tituli exhibitio exigivaleat; ut constet de bona fide possessories : &, an titulum habeat coloratum, sive beneficium ab eo, ad quem pertinet, ac-ceperit, ut ibidem dictum, & recte no-

tat Lugo Traet, de I, & I, disp. 7. n. 110. Decimo, ficut Episcopus, s. Nos 22. quidem 3. de Testament. sic & Capitulum, vacante sede, compellere valet executo. res testamentorum; ut pias defunctorum voluntates exequantur, & executionis peractæ reddant rationes: quas etiam exigere potest ab administratoribus Piorum locorum, citt. Diana resol. 24. & Barbola cap. 42. àn. 75. & ipías etiam 13 defunctorum voluntates, justa causa po-

fcente,

fcente, commutare iis cafibus, quibus illas jure Ordinario commutare Episco-pus potest. Secus est illis casibus, qui-bus voluntates illas Episcopus commutat jure delegationis seu commissionis Apoftolicæ; cum tales ad Capitulum non ne persona, cum ista expirent: si autem facta sint sub nomine dignitatis, ad successore cum ista transmittantur, e.

Quoniam 14, de Offic, delea un al l.

Prebendas: Quoniam 14. de Offic. deleg. ut ad bans Rubr. àn. 80. dictum est, & cum Moneta de Commutat, ult. volunt. cap. 5. n.
427. tradit cit. Diana ref. 34.

Demum generatim facere, vacan-

Demum generatım facere, vacan-te sede, Capitulum potest cætera, quæ vi jurisdictionis suæ Ordinariæ Episco-pus potest, & à laudatis Pavino à p. 1. 4.3, Molina difp. 11. à n. 4. Diana Tratt. 4. à resol. 4. Barbosa Jur. Eccles. lib. 1. cap. 32. à n. 62. & Fermosino Trast. 1. de Capitul. sede vac. à q. 1. late declarantur,

ARTICULUS 11.

De actibus Vacante Sede Capitulo interdictis.

SUMMARIUM.

- 25. Potestas Capituli Vacante Sede varie restricta est :
- Et I. quidem nequit conferre beneficia, 27. Spectantia ad solius Episcopi libe-
- ram collationem: 28. Nisi ea debita certis personis,
- 29. Devoluta, vel dimissa ex causa Permutationis,
- 30. Vel eorum collatio per accidens Capitulo fit permiffa.

- 31. II. Secundum aliquos admittererefignationes;
- Quarum admissio verius Capitulo competit.
- 33. III. Decernere beneficiorum uni6-

- 36. V. Alienare res Ecclesiasticas, 37. Si ea Immobiles vel pretiosa sint,
- 38. Et non urgeat casus valde magna necessitatu:
- 39. VI. Easdem ab Episcopali ad Capi-tularem Mensam transferre: 49. VII. Super iisdem rebus subire ju= dicium:
- 41. Nifi res perineant ad folius Capi-tuli adminifirationem, 42. Vel urgeat notoria necessitas: 43. VIII. Licentiam Ordinandi vel li-
- teras Dimissorias dare subdities non arctatis:
- 44. IX. Concedere Indulgentias:
- 45. X. Novum monasterium adisican-di licentiam dare:
- XI. Facere, qua Episcopo ex Pri-
- vilegio, XII. Vel ex delegatione Apostolica
- competunt. 48. Jurisdictio Episcopalis à Capitule
- per Vicarium exercetur. Temporalia administrantur per 0economum,
- 50. Et alios Officiales constitutos.

Irmata hactenus & exemplis illu-ftrata Regula, de Ecclesiæ admi-nistratione, sede vacante, Capitulo competente, generalis quidem: at non perpetua eff; cum Jure proditæ reperiantur ab ea non paucæ ex-ceptiones & cafus, quibus ea Capitula-

21.

20

1 23